



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXXXIX. De Morte plurium Pruthenorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
 Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.

- (b) Collectanea Dn. Zamelli habent Trampere vel Trampen. Jerofchinus verò & Chronicon Antiq. Germ. in 4. habent Tranpenen. Alii Trampien.
- (c) Simile olim factum Horatii Cocclitis, vide apud Livium *lib. 2. c. 10.* Flor. *lib. 1. cap. 10.*
- (d) Thoruniense Fragmentum legit, *primum.* In Regiomontano exemplari hoc legi non poterat. Restituimus itaque hæc ex Germanica Jerofchini versione.

CAP. CXXXIX.

De

Morte plurium Pruthenorum.

Divanus prædictus iterum sapiens in Sangvinem Christianum, congregato Exercitu valido, territoria circa Christburg & Mergenburg denuo deprædavit putans quod nunc deberet ei ad votum succedere sicut prius. Jam enim tot fratres & alios Christianos interfecit & captivavit quod non credidit aliquos superesse qui resistere possent ei. Unde præmissis exercitu suo cum spolio ipse cum paucis sequebatur. Sed fratres de Christburg & Elbingo cum modico Exercitu confisi in eum, cujus virtute unus persequeretur mille, & duo fugaverant decem millia, venerunt ad fluvium (a) Ghobar, ubi Divanum viriliter sunt aggressi, & quendam consanguineum ipsius, dictum Dabore, & totum populum occiderunt. Sed Divanus cum paucis non sine magnâ verecundiâ fugiens sic evasit. Reducentes ergò fratres prædam, quam de manu ipsorum eruerunt cum gratiarum actione ad propria sunt reversi.

ANIMADVERSIO.

- (a) Thoruniense Fragmentum habet Chobar. Est autem fluvius die Guber dictus.

Gg 3

CAP.